



**Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica**

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

**Tanner, Adam**

**Ingolstadii, 1626**

V. An & qua ratione cœ  
li in sine mundi sint interituri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72856)

## D V B I V M V.

*An, & qua ratione cœli, aliaeque res inferiores in fine mundi sint interitura.*

3. Thomas Supplera. 3. part. quæst. 73. art. 3. &

q. 74. art. 4. 5. 6. & 1. p. q. 68. a. x.

**F**acit hæc res non parum ad rationem & confectionem operum sex dierum hactenus expositam confirmandam; cum hinc manifestum sit futurū, desitionem corruptibilis mundi, cum ei⁹ inchoatione & productione hactenus explicata exactam seruare analogiam. Et quidem satis constat ex scripturis, cœlos in fine mundi esse aliquo modo immutandos. Ita enim aperte multis in locis pronuntiat scriptura; quos hic præmittere visum est, veluti fundamenta, ex quibus res hæc est diuidenda. Primo enim asserit scriptura, post huius vita statum, cœlos fore nouos. Isaïæ 65. v. 17. *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam; & non erunt in memoria priora.* Apocalypsis 21. v. i. *Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit.* Et infra v. 5. *Dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.* Et quidem de cœlis eriam sydereis esse hic sermonem, colligitur præteralia ex Isaïæ 35. v. 26. vbi speciatim declaratur, quomodo cœlum sydereum sit innouandum: *Erit, inquit, lux luna, sicut lux solis, & lux solis erit septem pli cetera, sicut lux septem dieorum, in die, qua alligerauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit: nimis in fine seculi, quando corporibus sanctorum etiæ glorificatis, vulnera & reliquia peccati perfectissime sanabuntur.*

**S**ecundo testatur scriptura, cœlos perituros, transfiguros, & tanquam vestimentum atterendos, & antiquandos. Psal. 101. v. 27. & ad Hebreos 1. v. 10. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipse peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterescunt, & sicut operorum mutabili eos, & mutabuntur.* Iob 14. v. 12. *Homo cum dormierit, non resurget donec atteratur cœlum; non euigilabit, nec confundet de somno suo.* Eccli. 17. v. 30. *Quid lucidum sole? & hic deficiet.* Vbi tamen potius de solidis defectione, aut consueta, aut extraordinaria, finem mundi antecessura sermo est. Matthæi 24. v. v. 35. *Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Quod spectat etiam illud, quod ibidem dicitur v. 29. *Stellæ cadent de cœlo, & virtutes calorum commouebuntur.* Quanquam & hoc potius ad ignita meteora stellarum, ut vocant, cadentia, caprariumque saltantium, atque inordinatos astrorum motus, extremum iudicium antecessuros, referendum sit; cum ibidem mox subiungatur, & tunc parebit signum filii hominis in cœlo.

**T**ertio affirmat scriptura futurum, ut cœli liquefiant & soluantur. Isaïæ 34. v. 4. *Tibi scet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli, & omnis militia eorum deficiet.* Isaïæ 51. v. 6. *Cœli sicut fumus liquefiant, & terra sicut vestimentum atteretur.* 2. Petri vltimo v. 7. *Cœli qui nunc sunt, & terra eodem verbo reperti sunt, igni referuntur, in diem iudicij, &*

*perditionis impiorum hominum.* Et infra vers. 20. *Adueniet dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transiunt; elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ea sunt opera exirentur.* Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint; quales oportet vos esse, in sanctis conversationibus, & pieratibus exercitantes & properantes in aduentum dei Domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tenebrent. *Nous vero calos & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus.* Quibus suppositis, sequentes assertiones statuo.

**A**ssertio I. Mundus in fine seculi, seu post extrellum iudicij diem, non ita peribit, ut nullus sit futur⁹. Est de fide certa, & extra controveriam. Probatur aperte ex scriptura Ecclesiæ 3. v. 14. *Didicis quod omnia opera, quæ fecit DEUS, perseverant in perpetuum.* Et Rom. 8. v. 22. ait Apostolus, omnem crearum quodammodo parturum, adeoque anxie exspectare glorificationem electorum, ut ipsa quoque simul eum illis à seruitutis corruptione liberata, statu perfectiore acquirat. Plura inferioris.

**A**ssertio II. Probabilius videtur, cœlos in fine mundi secundum substantiam non mutatum iri. Ita Pererius lib. 1. in Genes. q. 1. & 2. Suarez 3. p. tom. 2. disp. 58. sect. 2. & quamplures Scholasticæ veteres, cum S. Thomas in 4. dist. 42. & in supplemento q. 74. a. 4. ethi contrarium sentiant Molina de opere sex dierum disp. 3. Alphonsus Salmeron tom. 1. prol. 8. & alij. Probatur ex scriptura. Psal. 148. v. 6. de corporibus celestibus dicitur, *statutus ea in eternum, & in seculum seculi; præceptum posuit, & non præteribit.* Et psal. 101. v. 28. vbi dicitur: *Et sicut operitorum metabenses, tempe cœlos; gracie legitur ad aëres hoc est alterabis.* Illud autem 2. Petri 3. *Cœli ardentes soluentur, igni reperti &c. de ijs cœli intelligitur, quis fuerant olim per aquam purgati; hoc autem est cœlum aëris, non sydereum.* Idem ex SS. Patribus docet Hieronymus in Isaïæ 51. & 65. vbi hoc exemplore bene declarat: *Infans, inquit, cum in puerum crenerit, & puer in iuvenem & iuvenis in virum, nequaquam per singulas atates perit; id enim est, qui pri⁹ fuit; sed paulatim immutatur, & atati pristine perisse dicuntur.* Idē sequitur Augustinus l. 20. de ciuit. Dei, Gennadius de Ecclesiastico dogmatib⁹ c. 70. *Occument⁹ in Collegetaneis 2. Petri vlt.* Plura assertione sequenti.

**A**ssertio III. Nec elementa quidem secundum substantiam corruptentur; sed solum accidentali mutatione in meliorem statum transferentur. Ita S. Thomas loc. cit. Pererius citata q. 1. tametsi contrarium sentiant nonnulli Scholastici, quos sequitur Molina citata disp. 3. Probatur ex scriptura, quæ vniuersim de mundo pronuntiat. Ecclesiæ 3. vers. 14. *Omnia opera, quæ fecit Deus, perseverant in perpetuum.* Et prima Corinthiorum 7. v. 31. *Præter figura (seu species externa non natura sine substantia) huius mundi.* Et Rom. capit. 8. v. 19. *Expectatio creaturae reuelationem filiorum DEI expectat.* Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiectum eam in spe: quia & ipsa creaturaliter abitur a seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura in gemiscit, & parturit usque adhuc.

Certe

Certe si elementa secundum substantiam essent peritura, tum sane dicere non potuisset Apostolus, omnem creaturam ingemiscere & parturire, desiderando quodammodo statum alterius seculi, vna cum beatis. Melius enim esset illis, sic esse, quam omnino non esse. Id quod saltem de creaturis ad substantiam huius mundi perfpectantibus, & in quibus reliqua omnes creaturae virtute continentur, intelligendum est. Accedit illud Eccl. i. v. 4. Generatio præterit, & genratio aduenit: Terra autem in eternum flat. Idem sentiunt Proclus & Methodius apud Epiphanius. Hæres. 94. item Hieronymus, Gennadius, & Oecumenius loc. cit.

Ratio est; quia vix appetat, quoniam modo mundus hic aliter, quo ad substantiam, & substanciales partes, constitui possit. Neque his obstante scriptura, quia transitus & interitus cœli & terræ, item solutio & liquefactio, attrito, innuatio, conflagratio, & similia, iuxta analogiam aliorum locorum scripture, de accidentalis solam eorumdem mutatione rectè intelliguntur. Dicimus enim etiam nivem, grandinem, gelu &c. interire, perire, transire, quando liquefunt, etiam si quo ad substantiam, (quæ est aqua) non pereant. Eadem ergo etiam ratione cœlum, vt inunc est, solidum, peribit, &c. vt mox dicemus.

Affertio IV. Cœli & elementa ita post diem iudicij immutabuntur, vt & maiori quædam lucis seu luminis perfectione sint exornanda, & ab omnium impuritate purgata, omnisque mutationis experientia, de cetero, suum naturalem statum, quem ab initio creationis habuerunt, sint recuperatura. Prima pars, cœlos & elementa post iudicij diem immutanda esse, patet abunde ex scripturis superiori adductis. Secunda pars, de accessione maioris lucis, seu luminis, patet ex illo Isaie 30. Erat lux luna, sicut lux solis, & lux soluerit septempliciter, sicut lux septem dierum. Tertia pars de immunitate & liberatione ab omni impuritate & mutatione; probatur ex illo Roman. 8. vers. 20. Vanitatis enim creatura subiecta est, non volens; sed propter eum, qui subiectum est in spe; quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis. Quo nomine intelligitur omnis eius vicissitudo ac mutatione etiam localis; quia his omnibus mutationibus deferriri cogitur praesenti conditioni mortalis hominis, propter quem facta est, vt mox distinctius explicabitur.

Quartam partem eiusdem conclusionis, de naturali statu, quem ab initio creationis mundus accepit, atque simul cæteras omnes eiusdem conclusiōis partes, ita vterius probo & declaro. Constat enim, mundum quidem ipsum, ipsosque adeo cœlos propter hominem fuisse creatos, iuxta illud Deuteronomij 4. vers. 19. Ne forte eleuatis oculis ad cœlum, videas solem & lunam, & omnia astra cœli, & errore decepta adores ea, & colas, que traxit Dominus Deus tuus, in ministerium cunctis gentibus, que sub cœlo sunt. Et rationi ac scripturæ admodum consentaneum est, cœlum & terram, cum ceteris elementis, in principio à Deo fuisse creata, in statu maxime puro ac naturali; et si deinceps subsequentibus diebus, quædam ijs

conditiones, partim etiam respectu vniuersi, perfections, fuerint adiectæ, quæ ad solum corrūpibile huius vite statum spectant, solumque homini hanc vitam victuoro sunt viles; aut necessariæ.

Tales sunt I. quod Deus secundo die substantiam coeli liquida condensauit, & instar crystalli, addita duritate, solidavit, ut esset firmamentum diuidens aquas superiores & inferiores. Genes. 1. v. 6. de quo supra.

II. quod Deus die tertio vniuersas aquas inferiores congregauit in locum vnum; vt terra apparet arida, Genes. 1. v. 10. vtiq; propter habitacionem hominum: cum alias locus naturalis aquæ sit supra terram.

III. quod Deus die tertio terram gramihi, herbis, arboribusque progignendis vim ac materiam subministrare voluit, quamvis eo ipso à conditione sua puritate deficiente, ibidem v. 12.

IV. quod postquam Deus die primo cœlestis corporis particulam quædam, in eum etiam fine fortasse condensatam, tenui aliquæ luce collustrasset, eo solum, vt appareat, fine, vt eadem suo motu diebus futurae conditionis distinguendis, tantisper deseruiret, Genes. 1. v. 4. idem postea die quarto, præter stellas innumeratas, duo etiam quædam maiora sydera, solem videlicet & lunam, addito vario fixo que motu, iam non solum ad dicem nostemque discernendam, sed etiam ad quatuor anni tempora certa lege & ordine distinguenda, totumque anni circulum fixis legibus constituendum condidit; tenebris interim in altero semper terra hemisphærio relicit, Genes. 1. v. 16.

V. quod Deus die quinto ex aquis omnis generis volatilia, reptilia, & aquatilia produxit; quod factum, vt idem aquæ elementum rursus varijs alterationibus, mutationibusque, à propria alioquin eius natura alienis, subiiceretur; ibidem v. 21.

VI. quod Deus die sexto rursus ē terra omnis generis animantia, iumenta, bestias, & reptilia terrestria produxit, non sine magna etiam ipsius terre immutatione, ab eius inclinatione priuata, aliena; ibidem v. 24.

VII. quod denique Deus eodem die homini mortali, prius ex terra formato, ius & potestatem, omnium rerum inferiorum, etiam consumendarum, & destruendarum concessit; ita vt in eius auctoritatibus escam multiplicationemque omnigeni terra fructus deseruire iuberentur, nec in terra quidquam esse, hominis imperio ac potestatione subiectum.

Cum igitur plane existimandum sit, cœlum & terram, cum reliquis tribus elementis (quibus rebus mundus ipse totus substantialiter continetur) post hoc seculum, iuxta dictum Sancti Petri antea citatum, à seruitute corruptionis libera, ad pristinam suam puritatem ac statum, ab omni corruptione quam maxime remotum reditura, ita vt ipsius quidem lucis, velut minime corruptiæ qualitatibus, accessione illustriora; & reliquis autem peregrinis & aduentijs qualita-

tibus, quibus ratione corruptibilis huius vita statuta, ex diuina dispositione ad tempus subiecta futura; idcirco probabiliter existimo, ea omnia, quae ante a comemorauit, post finem huius mundi suo quodam modo & ordine cœlatura.

14 Primo nimirum cœli, resoluta illa, quæ ab hominum tortu vniuersi secunda die acceptant; duritas, rufsum uti natura eorum postulat, liquefiant, iuxta illud Isaïæ 51. *Calefaciunt lumenque* Et Psal. 101. *Ipsa peribunt instar glacie scilicet, quando liquefcit, ut dictum.* & Job 14. *Donec levatur calum, hoc est, quasi communatur, ac intenuissimum velut puluerem redigatur.* Et 2. Petri *Vitio cœli magno impetu transiret &c.* Ex infra *igitur hec omnia dissoluenda sunt &c.* sicut enim in ceteris elementis accidit, ut quanto superiora sunt, tanto natura sua sint liquidiora & subtiliora, ita verosimile est, cœli veluti supremis corporibus liquiditatem & subtilitatem sua natura, quam maximam conuenire, quam proinde in fine mundi denuo recuperaturi sunt. Excipio tamē hic cœlum Empyreum, quod Beatorū habitationi destinatum, soliditatem utique suā ob eandem causam perpetuo durarū, retinebit, liquido nihilominus coelesti corpore, quod aquas supernas esse dicimus, in medio vndiquaque perfusum.

15 Secundo aqua, qua anteā, vt hominum ac animalium habitationi commodum locum cederent, in unum locum fuerant congregatae, ad suū naturalem locum denuo redibunt, totamq; adeo terram cooperient.

Tertio proinde, terra gramine, herbis, arboribusque destinetur; quæ ob solum mortalium hominum, bestiarumque vsum tertio die condita fuerant: vt colliguntur 2. Pet. 2. v. 10. *Terra autem, & qua in ipsa sunt opera exirentur.*

Quarto, pro his, alijsque veteris mundi ornamenti, cœlū ac elementa omnia, quatenus ipsorum natura patierit, novo auctiori, lumine collustrabuntur; sublatō cœlorū ac syderum motu qui ad solas temporum vicissitudines efficiendas, cœlis astrisq; inductus erat. Accessione autem illam, maioris luminis altero ex duobus modis eveneram credibile est: nimirum vt vel in oculis iam non sit unus tantum sol, qui vnum solummodo terræ hemisphaerium illuminet, sed plures, multoque auctiori lumine singuli, qui totum mundum inferiorem secundum vtrumq; hemisphaerium vndeque efflatim illustrent; ipsa fortassis etiā lunam ad solis claritatem euæctâ, iuxta illud Isaïæ 30. *Erit lux luna, sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum:* vel vt lux coelestis corporis, post extremum iudicij diem non sit ad illas certas eiusdem corporis partes adstricta, sed vndique per totū cœleste corpus æquabiliter diffusa. Quo modo etiā lucem primo die creatam (tenuorem tamen vriique) per totum cœleste corpus diffusam, fuisse, Patres nonnulli existimauint, vt suo loco dictum.

16 Neq; vero absurdum existimauerim, stellas ac reliquos planetas, cum in ministerium hominis mortalis, ut dictum, & ob solas rerum inferiorum generationes adiuvandas fuerint producti, simul

etiam tunc desituros, arque auctiori cœlorum minori, ad modum antea declaratum, materiam subministraturos, vt significari videtur Isaïæ 24. *Militia cœlorum defuet, & forte etiam illo loco Lucez 2. 1. *Sella de cœlo cadent, & virtutes cœlorum more buntur in bouobi.**

Quinto, Aquatilia, volatilia, reptilia, item bestiae & iumenta, cunctaque terra animalia & corpora mixtra, iuxta 2. Pet. 3. vi. 10. *igne exsista, peribunt,* vt de terræ germinibus superius dictum: quandoquidem hæc sine perpetua generatione & corruptione, multisque ardibus & impuritatibus conseruari non possunt: nisi quis existimat, bestias, non minus quam homines, post hanc vitam quandam immortalitatis statum consecuturas, quod à communis fidelitatis statum consensu videtur alienum. Denique sublati bestiis & animalibus, ceterisque corporibus mixtis, cū nullus etiam homo futurus sit mortali conditioni obnoxius, nullo etiam opus erit alimento, ex terra alij suis elementis percipiendo.

Qua quidem ratione hoc totius mundi systema constituerit. Centrum mundi occupabit terra, eiusq; intimum ac insimum sinum infernum damnatum; locum paulo superiore limbus puriorum, qui sine baptismo & gratia decesserunt. Non enim facile audiendi, qui nescio quam in terra naturalem felicitatem ac beatitudinem illis transcripti, vt suo loco etiam docui. *tomo 2. disputat. 4. quest. 10. dub. 5.* Terram vndique cinget & complectetur sphera aquæ; hanc liquidus & purus aer, aciem ignis; hunc cœlum sydereum immobile, unicum ac liquidum; idque seu multiplici iam sole exornatum; seu vndique luce collistratum, quo vniuersi mundus inferior, iuxta conditibnam cuiusque elementi, ab unde illustrabitur. Denique supremum erit cœlum Empyreum suam propria luce vndiquaque perfusum, ac eximie splendescens: cuius tamen media ac intima pars, vt & ad beatorum habitacionem, & ad varias vita functiones à beatis obedias, sit accommodata, liquida erit, & subtilissimi ac purissimi, cuiusdam aeris instar, beatorum corpora suauissime afficerit.

Atque hac ratione intelligo, post finem huius mundi futuros cœlos nos, *Terram nouam;* item cœlum & terram esse transitura, cœlosque velut operarios, miscentes. Et cetera qua superius attulimus scriptura testimonia, ad eandem hanc doctrinam facile possunt accommodari. Quæ quod præcipua capita expresse traditur a p[re]latis Scholasticis Doctoribus, vt quod cœlorum motus cessatus sit, quod elementa repurganda, quod mi-

19 xia omnia corpora inferiora sint corrum-

penda, &c. Vide S. Thomam loco citato.

